

Ulp. in fragm. tit. 5. §. fin. C. de ingenuis lib. 1. Inst. tit. 4. §. fin. Fr. Hottom.
4. obs. 72. Ingenuitatis tamen favore tempus nativitatis præcisè
 non amplius attendendum, sed satis utiq; censetur, matrem ali-
 quò trium temporum vel conceptionis vel gestationis vel deniq;
 partus liberam fuisse *l. 5. §. 2. π de stat. hom.* Ut enim post accepti-
 onem vel gestationem mater libera in servitutem detrudatur, par-
 tus tamen ingenuus nascitur, quia calamitas matris ei, qui in utero
 est, non debet nocere *l. 7. §. 26. d. t. cum habeatur pro aliâ à ventre*
personâ, & nondum natus in causis iis, in quibus de commodò ipsi-
us agitur, pro jam natò judicetur l. 6. d. t. Ex quibus textibus uti-
 liter concludunt Doctores, pregnantem non esse torquendam,
 poenam quoq; sententiâ dictatam, non prius, quam partus editus,
 & consuetæ sex septimanæ elapsæ sint, executioni mandandam es-
 se. *Dn Richt. decis. 7. Carpz. pr. crim. q. 137. n. 21.* Quia imò, si ex
 solâ etiam relegatione ventri periculum imminet, ut pote, si con-
 finia, ultra quæ foemina relegenda, multum distent à locò habita-
 tionis, vel iter asperum sit lubeandum, aut deniq; tempus pariendi
 propinquum sit, relegationem quoq; differendam esse asserunt
Hahn. ad Wesenb. de stat. hom. n. 3. & Dn Richter. decis. 1. n. 35.
 Uterius, an gravidis juramentum remittendum sit hac occasione
 disquiri possit: Verum illi dubio satisfecerunt *Dn. Mev. p. 5. decis.*
81. & B. Dn Brunnem. ad l. 18. π de stat. hom.

XX. Hactenus de ingenuis verè talibus: sequuntur illi, *Ingenui ex*
 qui ex juris dispositione pro talibus habentur. Inter quos primus *juris fictione*
 quasi locus vigore §. *nr.* illis assignandus, qui ex errore pro servis ha- *tales.*
 biri ac b. f. possessi, postea autem eodem detentò à putativo domi-
 nò manumissi sunt. Dubitari in initio possit, an eâ ratione manumis-
 si ingenui an verò libertini dicendi? Manumissionis vox negoti-
 um hoc dubium exinde omnino redderet, quod eam libertorum
 subsequatur conditio, nisi juxta servitutis qualitatem manumissio
 quoq; foret dimedienda. Illa equidem si injusta fuerit, manu-
 missio quoq; à manu acceptæ de factò & consequenter injustè in
 servitate detenti ingenuitati nè quicquam poterit obesse: cum e-
 nim is revera non servus, sed pro servo saltem b. f. possessus fuerit,
 nec revera quoq; poterit dici manumissus, nec libertorum in dnet
 conditionem *l. 2. §. 10. C. de ingen. manum.* Exhinc aliud censent

Inter